



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Notatio pro cap. 36. Libri primi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Similia de natalibus *Suantouiti* Saxo Grammaticus, lib. 24. Historiæ Danicæ; qui accuratè formam, opes, ritumque colendi huius simulacri, & tandem euerfionem eius describens, hæc etiam commemorat. Quibus, (lignis) dum artifices coaptandis intenderent, frustra his rebus operam dare asseuerabat (Rex Daniæ) sperato citius urbem (Arconam) capturos. Interrogatus, quoniam id augurio deprehensum haberet; ex hoc potissimum augurari se dixit, quod Rugiani quondam à Carolo Cesare expugnati, sanctumque Vitum Coruegiensem (Corbeiensem) religiosa nece insignem, tributis colere iussi: defuncto victore, libertatem recipere cupientes, seruitutem superstitione mutarunt, instituto domi simulacro, quod *S. Viti* vocabulo censuerunt. Ad cuius cultum, contempti Coruegiensibus (Corbeiensibus) pensionis summam transferre cœperunt, affirmantes, domestico Vito contentos, externo obsequi non oportere. Quamobrem Vitum veniente sui solennis tempore, eorum mania turpaturum, à quibus tam similem monstro figuram acceperit, meritiè namque eum ab his iniuriarum pœnas exigere debere, qui venerabilem eius memoriam sacrilego cultu complexi fuerunt. Hæc & plura de hoc idolo Saxo: Et certè nomen ipsum *Suantouitus*, seu *Schuantouitus* originem testatur; Est enim idem quod sanctus Vitus, in cuius tutela Monasterium Corbeienfe erat; & ex quo in Daniam, & loca vicina primitus Christianæ fidei Prædicatores processerant. Nec dubito alia vocabula ex eodem fonte deriuari, ut *Herouitus* sit *Her ueit*, ab hero, vel si mauis, ab Exercitu; & reliqua etiam aperte *Viti* nomen præferunt.

Notatio pro cap. 36. Libri
primi.



Onui in scholio ad hoc caput; eius initium non nisi ope Manuscripti Codicis sanabile esse. Cum iam maxima pars huius voluminis excusa esset, venit ad me Bambergæ, missu admodum Reuerendi & Magnifici Domini Doctoris FRIDERICI FOR-
Gg 3 NERI,

NERI, Bambergensis Vicarij, apographum vitæ Othonianæ; sed scriptum mendosissimè : cuius scriptura est ista. Tempore quodam in domo Episcopali domestice habens renomen forte nuper emptum vestiebatur. Ex quo fortassis Criticus quispiam fecerit : In domo Episcopali dum esset, habens renonem. Isidorus lib. 19. cap. 23. Renones sunt velamina humerorum & pectoris vsque ad umbilicum, atque intortis villis aded hispide, vt imbres respuant, quos vulgò reptos vocant, eò quod longitudo villorum, quasi reptet : de quibus Sallustius, Germani intectum renonibus corpus tegunt. Dicit autem renones à Rbeno Germaniæ flumine, vbi is frequenter vtuntur.

Quamquam alij fortè rectius deducunt ἀπὸ τῶν φλωῶν, ab agninis pellibus.



PARA-